



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1100. Usque Ad Annum 1143

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1762

VD18 90117999

§. 45. Epistola S. Hugonis Cluniacensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66385](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66385)

§. XLV.

Sæcul. XII.
A. C. 1106.*Epistola S. Hugonis Cluniacensis.*

Hugo Abbas Cluniacensis, arrepta ex morte Henrici Imperatoris occasione, Regem Franciæ Philippum ad pœnitentiam excitare conatus est. Significaverat S. Abbati Rex, cupere se reliquæ vitæ tempore cum eo arctissimam amicitiam colere, gratiam suam obtulerat, petens amorem reciprocum. Unde tempus opportunum favere ratus rescripsit Regi in hunc modum: *Cum Bonum Numen mihi viam aperire videatur, dicam sincere, quod sentio, & jam diu, ut fiat, exopto. Concipe, o Rex, majorem quam bucusque amorem & desiderium Boni, nempe veri & Summi Boni, quod ipse Deus est. In memoriam revoca, quod quadam die ex me quærenti tibi, an aliquis Regum aliquando factus esset Monachus? responderim, constare, quod etiam Reges cucullo se se*

Germ. Ursticii, ejusdem Henrici Imp. Charitas in pauperes dilaudatur in hunc modum: *In Cubiculo ejus cæci, claudi, & diversis morbis confecti jacebant; hos ipsemet excalcebat, hos collocabat, hos de nocte consurgens tegebat, nec abhorrebat vel ejus tactum, quem ægritudo compelleret usque ad sordidandum lectum. Iter ejus pauperes præcedebant, comitabantur, &c.*

Sæcul. XII. *se se abdiderint. Porre solius Guntrami*
A.C. 1106. *Regis exemplum, omnibus aliis deficienti-*
bus, sufficeret. Nullibi alias nisi in hac
epistola legimus, Guntramum Regem
Monachum induisse. Tum Hugo profe-
quitur: An exempla Principum propin-
quorum & coævorum tuorum non te ter-
vent? Guilielmi Regis Angliæ, inquam,
& Henrici Imperatoris? quorum alter in
saltu sagitta ictus interiiit, alter in medio
calamitatum, quibuscum conflictabatur,
modo defunctus est, cuius rei te certiore
jam factum esse non dubito. Quem vero
statum utriusque anima consecuta sit, quis
scrutetur? Ergo, carissime Princeps, se-
quere utilia suadentem. Vitam muta,
mores corrige, per semitam veræ pœnitent-
tiæ, & perfectæ conversionis ad Deum ac-
cede. Viam autem Salutis faciliorem aut
tutiovem professione monastica nullam in-
venies. Cupimus te recipere, & cultu
Rege digno prosequi. Regem Regum quo-
que pro te orabimus, ut ex Monasterio ad
Regnum æternum te transferat.

§. XLVI.

S. Anselmus in Angliam redit.

Sanctus Anselmus in Abbatia Beccensi
 versabatur, Legatorum reditum a se
 ipso & a Rege Angliæ Romam missorum
 expectans. Interim vero tristitia de illo
 Regno nunciabantur; nempe Regem
 tam

Edmer. 4.
Novor.